



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

75. Tria commoda ex silentio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

Orandi studium decet esse frequentius : ad sis

Crebrius ut Triadi , quæ tibi semper (a) adest.

[a] Ipsa quidem Trinitas omnibus adest ; tunc autem & nos ipsi adsumus , cum ipsam invocamus castissimis orationibus & revelatâ mente &c. Ita noster Pincharius de tristis statu devote anima lib. 3. in initio ex D. Dion. lib. 3. de divinis nominibus.

### S Y M B O L U M 75.

Tria commoda ex silentio.

*Malorum evitatio , bonorum procuratio , sapientiae aestimatio.*

**Q**uantorum sit lingua tacens cautela malorum ,

Mille licet linguis vix numerare queas.

Quis numeret cumulos quæ congerit ipsa bonorum ?

Causa bonæ famæ mater honoris erit.

Stulte taces ? multis sapiens reputabere : disce

Verba negans homini (a) cor referare Deo.

[a] Dum strepitus humani cessat alloquij , constructur in te per silentium templum spiritus S. Pet. Damiani epist. 130. ad Agnetem Imper.

### S Y M B O L U M 76.

Tria quæ in locutione præcipue sunt observanda juxta Reverendissimum P. Petrum Pincharium , scil. Tarditas , Circumspectio , Brevitas . Vestis nupt. lib. 2. cap. 14.

**G**rata sit effrenis triplex moderatio linguæ : (rens.)

Hæc tibi Staurophorūm dat documenta (a) Pa-

(b) Non sis festinus , præceps , ut tardus ad iram ;

(c) Sis circumspectus , quid ve loquare , vide.

(d) Sis brevis ut sapiens , stultus sua verba profundat :

Moribus his , Triadi , terrigenisque places.

[a] Id est Magister Generalis Ord. S. Crucis. [b] Iuxta illud Eccl. loquere adolescentis in causâ tuâ vix cum necesse fuerit. [c] Iuxta id , disponens sermones suos in iudicio pura discretionis. [d] Eccl. 2. Cor stultorum in ore ipsorum , os autem Sapientum in corde ipsorum. Ita Pincharius.

S Y M .